



EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES

Sessions 2022

DISCIPLINE	SECTION(S)	ÉPREUVE ÉCRITE	
Latin	CA / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CI	Date de l'épreuve :	03.06.22
		Durée de l'épreuve :	08:15 - 10:25
		Numéro du candidat :	

I. Texte connu (30 points) :

I.1. Texte connu obligatoire (15 points)

Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissimae flammae altaque incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur. Ille agrestium trepidatione ignes relictos desertasque villas per solitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat. Tum se quieti dedit et quievit verissimo quidem somno. Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis gravior et sonantior erat, ab iis qui limini obversabantur audiebatur.

Pline le Jeune, *Lettres*, VI, 16 (59 mots)

I.2. a. Texte connu au choix – suite du texte obligatoire (15 points)

Sed area ex qua diaeta adibatur ita jam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat ut, si longior in cubiculo mora, exitus negaretur. Excitatus procedit seque Pomponiano ceterisque qui pervigilarant reddit. In commune consultant, intra tecta subsistant an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc nunc illuc abire aut referri videbantur.

(58 mots)

I.2. b. Texte connu au choix (15 points)

Casu in meridianum spectaculum incidi lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant : contra est. Quicquid ante pugnatum est misericordia fuit ; nunc omissis nugis mera homicidia sunt. Nihil habent quo tegantur ; ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant ? non galea, non scuto repellitur ferrum.

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, I, 7 (61 mots)

II. Texte inconnu (30 points)**Le vrai noble**

Lucilius s'est plaint de sa modeste origine. Sénèque le renvoie à la philosophie qui ne compte pour rien les distinctions sociales. Le vrai noble, c'est l'homme libre, dominant la fortune et méritant ainsi le bonheur.

Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod¹ stemma² non inspicit [...] : bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec rejicit quemquam philosophia nec eligit³: omnibus lucet⁴. [...]

Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes⁵ his te posse fieri parem ?

Omnes hi majores tui sunt, si te illis geris⁶ dignum. [...] Platon ait neminem regem non ex servis esse oriundum⁷, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas⁸ miscuit et sursum deorsum⁹ fortuna versavit⁹. Quis est generosus¹⁰? Ad virtutem bene a natura compositus.[...]

Non facit nobilem atrium¹¹ plenum fumosis¹² imaginibus [...] : animus facit nobilem, cui ex quacumque condicione supra fortunam licet surgere.

(107 mots)

L. Annaeus Seneca, *Epistulae ad Lucilium*, 5, 44 passim**Vocabulaire :**

1 quod	ici : à savoir que
2 stemma, atis, n.	l'arbre généalogique, la généalogie
3 eligit	= legit
4 luceo, es, ere, luxi	briller, luire
5 despero, as are, avi, atum	désespérer, perdre toute espérance
6 se gerere	se comporter
7 neminem regem non ex servis esse oriundum	il n'y a pas de roi qui ne descende d'esclaves
8 varietas, atis, f.	la variété, ici : succession de changements, suite de variations
9 sursum deorsum versare	mettre sens dessus dessous, bouleverser
10 generosus, a, um	noble, généreux, magnanime
11 atrium, i, n.	atrium, salle d'entrée
12 fumosus, a, um	enfumé, noirci par la fumée